

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &  
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia  
confecti

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœnum, 1592**

Interpretis annotationes in Agidem

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

facere mortuum, matremque exanimatam à fune pendere  
 vedit, in hac quidem deponenda carnifices adiuvuit, corpūs  
 que eius iuxta Agidem extendit, & texit: in filij verò cada-  
 uer incumbens, faciemque deosculata, Nimia, ait, ô fili te  
 , accuratio & cautio, tum mansuetudo, & humanitas nobis-  
 cum perdiderunt. Amphares cùm fortibus assistens illa cer-  
 neret, vocemque exaudiret, ingressus est, Agestrataq; ira-  
 tus dixit: Quando ergo idem quod filius sensisti, eodem af-  
 ficietis supplicio. Tum Agestrata ad laqueum se erigens,  
 10 Modò, inquit, Spartæ hoc profit. Reverò per urbem diuul-  
 gata, & tribus his cadaueribus elatis non tantus fuit metus  
 ciuium, ut non palam dolere sibi hoc factum, odio se Leo-  
 nidæ & Ampharis correptos pà se ferrent: existimabant e-  
 nim ab eo tempore, quo primùm inhabitare Peloponèsum  
 15 Dorienses cèperunt, ad eum usque diem nihil crudelius.  
 Spartæ, aut scelestius actum fuisse. Et vero Lacedæmonio-  
 rum regi ne hostis quidem in pugna occurrentis manus te-  
 merè attulisse videtur, sed dignitatis verecundia abstinuis-  
 se. itaque in tam multis aduersis Græcos certaminibus  
 20 Spartanorum, vnicus ante Philippi Macedonis ætatem  
 Cleombrotus apud Leuctra in proelio cæsus est: & quod af-  
 firmant Messenij Theopompum ab Aristomene interfec-  
 tum, id Lacedæmonij negant, id tamenque modo fuisse fa-  
 tentur. Sed ea non nihil habent ambigui. Lacedæmonie qui-  
 25 dem primus regum Agis ab ephoris necatus est, cùm pà-  
 claras Spartaque dignas res conatus esset, idque ea ætate,  
 qua peccantibus hominibus ignosci solet: ab amicis au-  
 tem quam inimicis reprehendi potuit rectius, quod & Leo-  
 nidam seruasset, & homo videlicet mansuetissimus, cæteris  
 30 credidisset.

Regū Spar-  
 tanorū dī-  
 gnitas.

### INTERPRETIS ANNOTA- tiones in Agidem.

35 **A**gis ultimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum  
 Rex fuit, Arati Sicyonij aequalis, & Antigonij regis  
 Macedoniae. Circa annum V.C. maximè D.X. floruit. Ei  
 statim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade  
 CXXXIX. mortuum Antigonum Polybius in fine secundi libri  
 ostendit:

ostendi: quo tempore Cleomenes paulo ante ab eo vietus in  
Aegypti profugit, ibi sub Ptolemao Philopatore pergit.  
quo tempore etiam Marcellus Gallos vicit.

1 Notum enim illud est, Quod non honestum.]  
Alludit Plut. ad sententiam Graci alicuius poetæ (negau-  
tor, neque locus nunc succurrit: & tamen memini me legisse  
alicubi sed querendi ocium non suppeditat) qualimedes ho-  
nesti & in honesti ita distinguuntur, ut vbi honestum desi-  
nat, ibi incipiat turpitudine. Itaque locum, quem ob breuitatem  
non est affectus Tudertinus, aliquot verbis additis paren-  
thesig illustravi. Est autem in Graeco pars Senarij: επει μὴ  
ρελόν, αἰχθόνηδιν.

2 Genere Eurytionides.] Dixi de hoc vocabulo in Ly-  
curo. Duæ enim fuerunt regiae familiae Lacedamone: Eury-  
tionidarum seu Eurypontidarum una, Agidarum altera. 15  
Quod nego, Tudertinus, neque Amiotus hoc loco obseruaue-  
runt. εργονορίδιν in Graeco legendum.

3 Apud Mandonium.] Non memini legere hoc nomen  
alibi. Historia est apud Discorum Siculum libro 16. qui ea-  
dem die id factum ait, qua apud Charoneam Philippus Gra-  
cos vicit. meminit etiam Pausanias.

4 Agidae.] In Graeco mendum est ἀπάδης, pro ἀγιδής.  
nam ἀγύδαι, & ἀγιδαι etiam apud Pausaniam scribun-  
tur. Interpretes familia nomen omiserunt.

5 Neque tamen regno potitus est.] Tudertinus con-  
tra & Graeca verba, & historia veritatem scripsit, regnatū  
a Cleonymo, sed non diu. Nam Areo fuisse regnum manda-  
tum, repudiato Cleonymo, non hic modo, sed & copiosus in  
Pyrrho Plutarchus, perspicue in Laconicis Pausanias nar-  
rat, & alij. 30

6 Studium pecuniæ.] Extat apud multos Graecos scri-  
ptores oraculum Apollinis Pythij, in hanc sententiam versu  
hexametro pronunciatum:

ἀφιλοχειματία στάρταν ὄλει, ἀλλο δὲ ψεύτην.

Meminit Cicero lib. 2. Off.

7 Thalamis.] εὐθαλαμίας. Scribendum εὐθαλάμιος,  
ex Pausaniae Laconicis & Stephano: tametsi hic assignat  
5 Messenijs, ut de alia vrbe locutus videatur. Nam haec quidem  
Laconicæ est. θαλάμιος Ptolemaeus nominat.

8 Thaletem.] Cretensem intellige, de quo suprà in Ly-  
curgi vita.

9 Ecprepem.] In Laconicis Apopht. εὐπρεπῶν, Emere-  
10 pes legitur: quod & Erasmus retinuit. Mihi haec lectio verior  
videtur.

10 In Caiadam.] τὸν καλαμένιον λεγόμενον. Sed τὸν καλά-  
μενον καὶ ἄλλον legēdum minimè dubito. quandoquidem λε-  
γάσα hanc à nemine adhuc autore alio nominari inuenierim:  
15 καὶ οὐδὲν autem de simili re, scilicet Pausaniae exitu scribens  
nominat Thucydides libro primo, atque sic legitur etiam a-  
pud Suidam, Eustath. in β. Iliadis, & initio Δι Vlyssæ καὶ εἰ-  
ταν vel καὶ ταῦτα scribebat, innuit γε, sic dictum à fissura terra.

II Modò, inquit, Spartæ proficit.] οὐ νεόγνως ego  
20 pro optatiuo accipiendum duco, cuius est tertia persona ao-  
risti. Interpres, In hoc duntaxat vtilis Spartæ fui. At-  
que hoc etiam Erasmus secutus est. Sed mihi nimis longè pe-  
titum videtur: & non ταῦτα, sed τοῦτο erat legendum, si in-  
telligi debuit hoc eam dicere, Nihil se præterea patriæ po-  
25 tuisse dare, quam quod Agidem peperisset: euentum enim e-  
ius consiliorum præstari a se nequiuuisse. Noster sensus & ver-  
bis congruit, & simplicior, muliere γε dignior est.

12 Dorientes.] Erant hi Heraclidae, ex posteris Hercu-  
lis. de quibus vide que passim sunt apud Pausaniam, pra-  
30 fertim in Argolicis & initio Laconicorum: & Diodorum  
libro quarto.